



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

27. S. Leander Episcopus, & Doctor

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

quam malè est : benè semper. Quæ  
cura de nostra?

*Instructio meritoria.*

Ut vivamus sani corpore , & integri  
animâ , Thavmaturgam veneremur no-  
stram S. Walpurgam , recitandô hym-  
num : *Jesu! Corona Virginum* cum ora-  
tione de Festo. Noctûque sensus nostro  
ad modum extremæ Unctionis signe-  
mus dicendô : *Indulgeat mihi Dominus*  
*per S. Mariae , & B. Walpurgæ interces-*  
*sionem , quidquid deliqui oculis &c.*  
Sensuum ubi sollicita custodia , ibi au-  
nulla , aut rara peccata.

**Festum Leandri Hispalensis**  
Archiepiscopi , & Doctoris ex S.  
Ord. S. P. Benedicti.

**EXHORTATIUNCULA I.**

**A**Rianam pravitatem laudemus ho-  
die meritis S. Leandri totâ ejectam  
Hispaniâ. Magna hæc gloria est tanti  
Doctoris , quam & ipsa solemni ritu ce-  
lebrat Ecclesia. Hæc triumphat in ho-  
stes solâ virtute , doctrinâ , & vitæ exem-  
plis.

In-



*Instructio meritoria.*

Ut plures prodeant è familia Magni Benedicti Leandri zelosissimi, recitemus *Litanias de omnibus Sanctis Benedictini Ordinis*. In fine dicamus : *Te Deum Laudamus*. Laus Dei, & Sanctorum nunquam est sine præmio. Si non hic, dabitur alibi.

## II.

**E**A fuit Leandri sapientia, & auctoritas, ut inimici vel solò illius audito nomine contremiserent. Struunt periculosa sancto infidias. Avertit Deus, & tantum sibi Doctorem servavit Omnipotentis Providentia. Vivimus sanctè, & viciimus inimicos.

*Instructio meritoria.*

Pro Conversione excœcatissimorum apostatarum recitemus coram Crucifixo, aut Sanctissimo *Litanias majores*. Aderunt sancti Dei singuli, ubi agitur, & pugnatur pro gloria Christi.

## III.

**E**N! S Leander in exilium ejicitur. Hæcne merce tanti laboris? Fuit; sed pretiosissima. Nam Deus constituit.

L                  Justus

Justus hic est. Hinc nostros ô fili! conatus in hac terra præmiatur adversis, ut in futurum ampliora tribuat meritis, & virtuti statuta præmia. Spernamus mundi favores, & gaudia. Patiamur Matum Domini. Patris est: exosculemur non punit, sed ungit.

*Instructio meritoria.*

Ut exilium hujus mortalis vitæ portemus cum insigni proventu animæ, oremus ter Canticum trium Martyrum:  
*Benedicite omnia opera Domini Domino &c.* addendo & toties suspirium S. Augustini: *hic ure! hic seca!* modò aeternum parcas!

M A R T I U S.

Festum S. Virginis Chunegundis Augustæ Congregationis Benedictino-Bavaricæ Patronæ specialissimæ.

EXHORTATIUNCULA I.

**Q**uid ita placet Deo, ac puritas, & innocentia vitæ? Id testatur ambulans super ignitos vomeres S. Chunegundis.